GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 153r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift





matur: quicunq; mirram hanc electissimam. mortificando
in se uicia imitatur: in eo, pculdubio. idem deus & homo ad
patrem uadit. dum eum p uisitationis sue graciam. ad fasti
gium suauissime contemplationis sustollit. que significatur
p casiam. Hec iniuste casie que est arbor aromatica. & non
nisi in locis humentibus nascitur contemplatio assimilatur:
quia nobilis ille humor lacrimarum. quem contemplatio
mentis de terra cordis elicit. diuersas arbores. que sunt diuer
se uirtutes. in corde hominis crescere facit. Et congrue quidē
tria hec uerba psalmiste. tribus supra dictis dn̄i uerbis conue
niunt: p primum enim modicum sicut p mirram mortifica
tio carnis: p iterum modicum. quemadmodum & p guttam.
humilitatem designat cordis: quod uero dicit. quia uado
ad patrem. sicut & p casiam. mentis ostendit contemplationē.
P eadem etiam uerba euuangelica. recte oratio hodierna illumi
natur: in qua petimus. ut errantibus quo in uiam possint redi
re iusticie. ueritatis lumen ostendatur: Uia etenim iusticie. est
mortificatio carnis: lumen ueritatis. est humilitas cordis. Per
hec duo. recte homo saluandus illuminatur: ut ea que xp̄iano
inimica sunt nomini respuendo. declinare a malo sciat. & ea
que sunt apta sectando. facere bonum ualeat. Quicunq; ḡ his
gradibus. manu gracie. in spiritali uita, puehitur: bene cum
eo cuius menbrum factum est. dicere potest. Quia uado ad pa
trem. Ad patrem enim cum deo in deo uadit: dum terrena
queq; & caduca. penna contemplationis transuolans. solis celesti
bus intendit. S; quia talis est uicissitudo humane mutabilita
tis & miserie. quod is qui modo p occultam superne uisitatio
nis graciam. suauiter cum deo oblectatur & reficitur: modo
subtracta uisitationis dei dulcedine. in quandam dei & sui
ignorantiam relabitur: apte subiungitur: Dixerunt ḡ ex